S. P.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Ornatissime Constantine, Mitto
ecce tibi, quorum, cum nuper jucundissime
una essemus, mentionem coram inieci, schedi-
asmata ~~[illegible]~~ quaedam mea, partim hoc,
partim superiori anno typis ~~tumultuarie~~
descripta. Tu, rogo, ut ea aequi
bonique facias, et animum, non munus, spectes.
Mandatum per idem ~~tuus~~ tempus commendatumque
negotium de arcu triumphali Arausionensi
repetere hic non instituam; nec autem denuo vel-
eundem tibi puto, commissi haud dubie satis
memori. quamvis nec nocerat subinde et me-
morem monuisse. Id nunc unum unice te,
clarissime vir, rogatum habeam, ut tuo
plectro nostras ornare Musas, et rerum
Damiatanarum historiam, quae modo sub praelo
sudat, epigrammate aliquo tuo, inter
ceteros, honorare digneris. Huius si
voti compotem feceris, oppido gratum accidet.
Interea feliciter vale, à nobis salutatus
quam diligentissime. Dabam raptim
Harderwiq XX Cal. Novemb. 1628

T.

Joh. Isacius Pontanus

Quod quaerebas, nec excidit, quamvis pene
exciderit, de Θ notula; quae, ut litera
Graeca, interposita subinde visitur inscriptionibus
antiquis, eam non tam ut literam, et aliquid, ut
Θ, significantem, quam ornatus potius gratia adscriptam autumem.
Si quid tamen aliud occurrerit, te per occasionem haud
celabo.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Pontanus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/407

Myn Heer myn Heer
Constantyn Huyghens.

[illegible]

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Pontanus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/407